

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Clavis musica fidelibus purgantibus caeli januam aperiens  
in VI. missis defunctorum et II. libera civico-ruralibus,  
stylo moderno, suavi, ac facili nec non brevi elaboratis**

**Kobrich, Johann Anton**

**Augustae Vindelicorum, 1757**

Widmung

**urn:nbn:de:bsz:31-36094**



# Divo Michaëli

Supremo  
Angelici Chori  
Præsidi,  
Cœlestis Harmoniæ,  
Ejectis Discolis, ac Turbatoribus,  
Restauratori,  
Supernæ Militiæ  
Archistratego,  
Rebellium Spirituum  
Domitori,  
Divini Nominis, Honoris, ac Majestatis  
Propugnatori, ac Vindici  
Primo, Præcipuo, Fidelissimo,  
Invictissimo:  
Adhæc  
Ecclesiæ Militantis  
Protectori,  
Purgantis  
**L i b e r a t o r i ,**  
Triumphantis  
**S i g n i f e r o**  
Fortissimo, Piissimo, Gloriosissimo,  
**D. Patrono suo**  
Ob innumeros beneficiorum Titulos  
Nullis sat Laudum Titulis  
Gratique animi monumentis  
Condecorando

Hoc, quodcunque est Operis Musici,  
Recreandis  
Non tam lugubri vocum, quam piorum affectuum concentu  
Defunditorum Animabus  
Concinnatum,  
Unaque animam suam  
Ex aſſe consecrat  
Clienſ  
Angelico Nomiñi,  
Atque  
Angelorum PRINCIPI  
Devotissimus.  
Ut  
Dum novos hosce Labores Musicos  
In qualecunque afflitarum solatium, ac ſubſidium,  
Ad Angelicæ Hierarchiæ decus, & ornamentum,  
Ad Divinæ Gloriæ incrementum  
Luci publicæ repræſentat,  
Eam olim repræſentet in Lucem Sanctam,  
Ubi  
Cum omni Militia Cœleſtis Exercitus  
Regi Regum, & Domino Dominantium,  
Tum  
Supremo Ipsiſ Imperatori  
Hymnum Gloriæ  
ſine fine concinat.

